



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria V. post Dom. II. Quadragesimæ. 20. A Socru Simonis discere debemus libenter proximo in suis necessitatibus subvenire.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

Illius ob alium dicitur intervenientem obli-
tus fuit? Notavit quidem errorem, sed compa-
ssionem tantum permittit, & dissimulavit. Cur
igitur postea adveniente Magdalena eum ad e-
um impugnavit & reprobravit? Dicam breviter.
Phariseus inquit Medici malum servatus est, &
liberatus pellere fecit: voluit obloqui & ob-
trechare Christo Domino dicendo: *Hic si esset
Propheta, sciret utique quia & qualis est mulier,
qua tenuit eum quia peccatrix est.* Unde mirum ut
persecutus in auctorem suum resiliit, qui inde
consensus remansit. Abigitur, & adversus inno-
centiam obloquitur, & vide quidnam inde lucra-
bitur. Hoc infere volebat doctus ille Episto-

larum S. Pauli interpres, dum ait: *Deus suppli-*
ciorum rotam, quam impij adversus iustos vertere
vellent, super ipsos tandem reverterit, proprijs co-
rum machinationibus & consilijs in ipsorum capi-
ta revolutis, ut suamet necis artifices esse viderentur.
Quid igitur vos juvabit, si in innocentiae perni-
ciam conspiratis, quando ipsa sub Dei prote-
ctione constituta a mulorum suorum ictus ne-
quaquam curat? & omnium malorum farrago
in vos retorquetur? Amate igitur bonorum in-
nocentiam, malignitatem autem impiorum o-
dio habete, & cum benedictione Domine abite
in pace.

10. Anto.
Velasq. in
ep. ad Phi-
lip. ad. n. 2.
f. 273. co. 3.
n. 3.

S E R M O XX.
IN FERIAM QUINTAM
DOMINICÆ TERTIÆ
QUADRAGESIMÆ.

Et continuo surgens ministrabat illis. Luc. cap. 4.

Quisquam datur omnium bonorum
Deus inimicum infernalem qui in crea-
tura rationalis petuicem omnium suam
evomebat tyrannidem fugasset & ex-
cessus Synagoga Capharnaica egressus ad
Synagoga pauperum piscatoris domum se contu-
nit. *Leti introiit in domum Simonis; ubi pia quæ
dam mulier, conjux fratris S. Barnabæ, mater
quorundam & S. Petronille amica lecto affixa ja-
cens, tum à decrepita ætate annorum, tum à
malignitate liberis miserimè ad usque vitæ pe-
nultum direxata; Id quod Sacer Evangelista
breviser insinuat dicens: *Tenebatur magnus fe-
bris.* Nullus in illa domo erat, quin im-
pares videodi spiritans hoc cadaver tantopere
adigi, eadem pro refrigerio desideravit mor-
tem, quæ solito crudelior Megæra facta vitam
ei non admebat, ne eam à pœnis liberaret, ef-
fugiendo ut quovis momento veritatem expe-
rectetur dicti illius Philosphi dicentis:
Credidit est quàm mori semper timere mortem.
Tandem vero caelestis Medicus eam visitare*

dignatur, qui febris qualitate cognita ad Apo-
stolorum preces, qui rogaverunt illum pro ea,
opportuno malo huic applicavit remedium: *fol. 383. v.*
Imperavit febrim ei dimisit illam, eamque quæ
ab humanis auxilijs velut desperata, derelicta
erat, è mortis manibus ereptam sanitati proti-
nus restituit: Ingressus in domum Petri ad quem
venerat (inquit Chrysologus) aspexit gemi-
tum languentis, vidit periculum desperata, & sta-
tim manus ad opus sua Deitatis extendit. Hac-
que ratione plantas ei debilitatas restituit, lan-
guentia membra restaurat, ut negotijs dome-
sticis liberè se denud applicare & im- eodere
posset, unde ut se erga benefactorem suam &
Apostolos qui pro eo rogaverant gratam ex-
hiberet: Continuo surgens ministrabat illis; id
est, præparando mentiam & de febrilibus appo-
nendis sollicitam se exhibendo, ut charitate de-
bita pasceret, quos factos forsitam esse con-
spiciebat: Ministrabat ad mensam, vel in alius,
utpote Christo & eius discipulis, exponit Diony-
sus Carthusianus. Porro in præfenti discursu
enixe

Seneca lib.
3. controv.
fol. 383. v.
16. 22.
Chrysol.
serm. 18.

Dionysius
Carth. in
cap. 8.

ET
PRE
DICATIONE
26

Matth. avt. 17 fol. 92 col. 2. lit. H.

D. Cyrill. lib. 3. in Ioan. cap. 13.

Magister sent. in 4. dist. 5. fol. 357. lit. C. D. Thom. 2. 2. qu. 32. nu. 2. fol. 64. col. 1. et 2.

enixe vos exhortabor, ut strenuos vos exhibeatis imitatores huiusce socii Simonis. Nam sicut ipsa Apostolis victus egenis liberaliter providit, ita nos quoque pauperum necessitatibus subvenire debemus, per Eleemosynas iisdem subveniendo. Quando enim plus in hoc pauperum solum seminare veremus, tanto nobis copiosior obveniet fructuum & meritum mellis, assecutante nos S. Cyrillo, qui ait: *Quando plura dabis liberaliter, tanto tibi plura largius confluent. Quapropter muliere hac fercula tua praparat, vos quoque ad Dei verbum dignè & utiliter recipiendam corda vestra studiosissime praparate.* Ordiamur.

1. *Et surgens ministrabat illis.* Enim verò priusquam de Eleemosyna ratiocinari incipiam, opera pretium futurum esse existimo, si tum pro meliori simplicium intelligentia, tum etiam ad majorem Doctorem sancta doctrinam obiter vobis explicem, quod nimirum juxta doctrinam Magistri sententiarum: *Eleemosyna est opus misericordiae, vel ut docet S. Thomas: Est opus quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum.* Ex duabus autem causis potissimum nascitur, nimirum ex charitate, & ex misericordia, cum hoc tamen ordine, ut illa sit mediata, hæc verò immediata & proxima. Porro oculum suum continuo in egenorum necessitates directum habet, ideoque in tot genera distinguitur & dividitur, quorū modis egenorum necessitates accidere possunt, ad quas eleemosynæ spirituales ordiantur, quæ tamen omnes breviter ad septem genera reducuntur hisce verbis contenta:

Consule, castiga, solare, remitte, ser, ora.

Id est, doce ignoantes, bene consule dubitantibus, consolare afflictos, sustine injurias, remitte offensas, admone peccatores, & ora pro omnibus. At verò de hisce eleemosynis spiritualibus mihi hoc loco sermo non erit, sed de his quæ ad corpus attinent & corporales dicuntur, quas exercere possimus juxta varias occurrentes casuum necessitates, tam ad vivorum quam ad mortuorum utilitatem. Si de vivis agitur, vel illorum necessitas est, vel esse potest communis omnibus, vel alicujus tantum in particulari: si est communis, vel consistit in interiori, vel in exteriori: si in interiori, iterum est duplicis generis, vel enim nascitur ex inopia victus, & generatur inde fames: aut ex defectu potus, &

inde oritur sitis; Illi medela adhibetur per panem, ac proinde dicitur: *Pasce esurientes:* verò prospicitur per potum, de quo dicitur: *Da potum sitienti.* Unde S. Anselmus: *Medicamentum famis est cibus, & medicamentum sitis est potus;* Id quod Philosophus ille aliter terminavit, dum ait: *Provida natura quæ non perit, instituit efficere duos in nobis exitus appetitus, alterum calidi & siccitatis in substantiam famam, penuriam alimenti: alterum verò frigidi & humiditatis in siccitatem & refrigerium.* Siverò necessitas sit exterior, duobus modis iterum potest accideret, vel enim consistit in nuditate corporis, & tunc obligatur ad nudos vestiendos: *Operi nudum;* vel consistit in defectu habitations, in quam se recipere possit, & pro hoc defectu tollendo imponitur nobis hospitio suscipere peregrinos: *Suscipe hospitem.* Quod si verò necessitas fuerit particularis, vel illa provenit à causa interiore, qualis est infirmitas, & tunc nos obligat præceptum: *Visita infirmos;* aut à causa exteriori, qualis est infirmitas, & tunc tenemur in vitæ contrarios eoque quoad possumus liberare: *Redime captivum.* Vel denique necessitas accidit homini post mortem, & hæc in sepeliendis hominibus defunctorum cadaveribus consistit, ne reponaris vel etiam aeris injuriis afficiantur, aut ferarum dentibus dilanientur & lacerentur. Unde habemus verbum illud, in quo omnia eleemosynarum genera continentur, nimirum

Visito, potus, cibo, redimo, sero, colligo, condo.

Id est, *Visito infirmos, potus sitientem, cibo esurientem, redimo captivum, sero nudum, colligo hospitem, condo mortuum.* Habemus igitur septem, quid sit eleemosyna, & in quot genera dividatur.

3. Nolo autem hic disputare, an divisio hæc sufficiens sit? & an alia Eleemosynarum genera inveniatur à supradictis differentia? aut an Eleemosynarum spirituales majoris sint momenti, an verò corporales? Item an corporales Eleemosynarum effectum habere possint vel fructum spirituales? an dare Eleemosynam sit opus præcepti, an verò consilii? an teneamur dare medicum de illis substantiis, quæ nobismetipsis necessitate sunt? an fieri possit de illis bonis, quæ male acquisita noscuntur? aut an necessario de licite acquisitis fieri debeat? An simus ad illam faciendam obligati, & à quo fieri debeat? An charitas illam prius proximis dari suadet, quam

quam extens & nullam cum dante propinquitate habentibus? An sit opus satisfactorium? An melius sit per hanc satisfacere, quam per orationes & jejuniis? An sine media proportionata ad horum bonorum temporalium, sicut ad comparandum gratiam & gloriam? sed relictis hisce speculationibus solum vos exhortari & necessitati succurrendo. Porro multi sunt, qui hoc misericordiae opus seculo vobis persuadent, nimirum Tobias, dum ait: Si multum tibi fuerit, abundanter tribus, si exiguum, etiam hoc libenter imparti stude. Ecclesiasticus etiam dicit: Propter mandatum esse me pauperem, & propter inopiam non sum ne amittam eorum vinculum. Iaias quoque ait: Et ego esurienti panem suum, & egeno vestitus, quia ducis in domum tuam, cum videris nudam operi sum. Deuteronomium: Cave ne avertas oculos tuos ad pauperem fratrem tuo, nolens quod postulat commo dare. David inquit: Eripui pauperem & egenum, de manu peccatoris liberavi. Salomon dicit: Qui obviat aures suas, ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Imo ipsemet Christus idipsum nobis praecipit, dicens: Quod superest date Eleemosynam. Et alibi subiungit: Vendite quae possidetis, & date eleemosynam. Ubi nos sanctus Pater noster Augustinus monet, hanc esse Salvatoris notationem: Dicit tibi Christus, da mihi ex parte dei tibi, de mox quare, da & redde, habet enim, habet me largiorem, scilicet me debiorem, habeam ut sperare a te, temporalia tibi das, aeterna tibi restituam, te ipsum tibi redam, quando te mihi reddidero: quicquid enim datur pauperi, Christo datum esse intelligitur, id quod Christus ipsemet expressis declarat, dum ait: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, quicquid pauper accipit, Christo accipit, asseruit sanctus Petrus Chrysostologus.

4. Delectamus obscuro oculos & cogitationes nostras, ad documenta ab ipsamet natura humana ad praesens propositum tradita. Quamprimam enim una pars corporis in egestate aut necessitate aliqua est, omnes aliae concorditer conspirent videatur ad ferendas illi suppeditas, docentes per hoc ut pauperibus libenter subveniamus, utpote qui in mystico corpore humani generis membra sunt, infaultis & infelicibus altis subiecta, & miseris adeo oppressa, ut omnibus fortunae bonis extremè indigeant, Qui proinde in hoc necessitate torculari oppressi, gemunt quidem, sed non est qui vel semel ad ius subven-

niendum manum extendat. Cor in pectoris regia resideriam suam habens, per venarum meatus omnibus vitalibus partibus, ut sustentate possint, sanguinis nutrimentum benigne dispensat. In importuno & stivi teporis aestu terra ab ignitae caniculae ardoribus male adunatur, dumque viscera sua ab intolerabili ardore penetrari sentit, tot ora expandit, quot in terra aperitur apparent, quibus eleemosinam quandam a caelo exposcere videtur (utpote cuius benignitatem alias se numero experta fuit), qua importuna egestati suae subveniatur. Coelum autem, quasi litatum suum calamitosum videns, totis lachrymas contrariere non posse videtur, ac tandem clementiae viscera aperiens, pluviarum suarum argentum charitative diffundit, ad ferendum urgentibus necessitatibus suis, quibus fortiter adstringitur, opportunum remedium. Corvus qui natura sua vorax est & gulosus, nunquid compassione veluti tactus, quotidie panem atruit desertam solitudinem & eremum incolentibus Dei servis? serè dixisset ipsum quoque canem, velut eleemosynarium celebrari posse, siquidem famelico peregrino Montipessulano B. Rochovictum quotidianum subministravit. Cerva quoque lac suum lacrimis suis quasi subtrahens eoque refertabat, donec illud Atheniensis erogare posset. De neque a lupis misericordiae ediscenda argumenta accipere possumus. Duobus namque famosis gemellis, qui prima antiquae Romae jecerunt fundamenta, lupa quaedam peregrina, affectu quodam benignitatis ab hac fera valde alieno, & in eadem nunquam alias notato, ubera sua haud secus ac catulis suis porrigebat, ut à fatali Parca insulubris coeslem liberaret. Verum enim verò si forte fastidiosum vobis est à feris sylvestribus aliqua accipere documenta charitatis, ad minus non pigeat velut prototypum quoddam charitatis erga proximum exhibenda ob oculos ponere inter eos, quos Sacra Scriptura recenset, viros praestantissimos. Leth enim indefessis precibus suis viatores transeuntes, in domum suam ut divertent, sollicitavit, receptoque summo cum affectu & charitate recreavit. Abraham peregrinis obviam processit, ut eorum membra ex itinere continuo fatigationibus fracta, aliquo ciborum apparatu recreare posset. Antiqui sanctissimum Carmeli montem incolentes Prophetae, veluti eximium benefactorem suum agnoverunt Abdiam, vitum illum adeo charitativum, & mulieris illius maritum, erga quam Elifeus

Gen. 19.
Gen. 18.
Theod. 9.
24. Nicol.
Lyan.
4. Reg. 4.
Pro-

Basilei Quadagesimalis.

O o Pro-

Handwritten notes in the right margin, including the number '25' and some illegible text.

4. Reg. 4. Propheta tanta fuit compassione motus, ut oleum ejus miraculose multiplicavit, hic enim tempore persecutionis, prædictis Eremitis ab impiâ Jezabele intererat, eosdem aliquanto tempore ingenti sumptu sustentavit. Agnovit quoque Carmeli Patriarcha mendicans Elias, quam se liberalem & benignam exhibuerit vidua Sareptana, dum eum frusti panis illius participem esse voluit, qui vix propria & filii sui sustentationi sufficiebat. Sanctus quoque Nicolaus Tolentinus famis necessitatem lato vultu suffererat, eamque tenuem victus sui alimoniam, quam ei religiosa instituti sui paupertas quotidie impertiebatur, tanto cum affectu inter egenos dispensabat, ut eum pauperes ad monasterii fores quotidie ferè expectarent. Fuitq; hac in re specialissimus S. Nicolai Episcopi Myrensis imitator, utpote cujus intercessione ex patre sterili & matre infecunda natus fuit, qui tribus globis seu pilis aureis tres inopes & egenas puellas dotavit, quæ alias indeclinabili suadente necessitate vilissimo pretio vendere seu potius prodigere decreverant pretiosum illud corporis sui monile, quod semel amissum nunquam recuperari potest, licet quis universum totius mundi aurum adhibeat. Homines hujus nostri sæculi erubescunt, & confunduntur, in memoriam suam revocando Catechumenum Turonensem Martinum, & charitativum illum Assisinatem adolescentem Franciscum, qui dum pietatem vix primis labiis degustarant, tam viscerosa charitate imburi fuerunt, ut propriis se palliis & vestibus exuerint, ut alienam vestire possent nuditatem. Nunquid enim sanctus ille Pontifex Gregorius Magnus pauperes in propria sua mensa convivas & commensales adhibuit? adeo ut ipsimet quoque Angeli commensales ejus esse ambiverint; forte ut excessus viscerosissimi sui erga paupertatem affectus celebrarent. Quid autem de sancto Patre nostro Augustino dicemus, qui ut Christianam erga pauperes subsidium exemplo suo promoveret, voluit ut domus & habitatio sua propria eisdem hospitale & diverforium ordinarium cederet, utpote quos continuos in mensa sua habebat convivas & commensales; imò postquam in eorum necessitates omnes consumpsisset reditus & census Episcopales, licere sibi censebat frangere argentæ lampades, calices, aliaque vasa argentea, quæ Dei honori & cultui alias deserviebant, illiusque argenti fragmenta inter pauperes dispensabat: *Tanta benignitate fuit in pauperes, ut cum non esset alia facultas, sacra vasa fran-*

geret ad eorum inopiam sustentandam. Quam ingens erga pauperes pietas in sanctissima Romana muliere Paula eluxerit, eorumque ex sacris scriptis suis poterit S. Hieronymus, qui in epitaphio quod ei erexit, ex hoc eam vel maxime laudat, quod solita fuerit per universalem urbem Romanam pauperes singulari studio perquirere, magnamque se facturam passam fuisse existimavit, quando eos ab aliis hospitio susceptos filios vestimentis suis exuevit, ut mendicorum posset nuditatem obtegere: Pauperes curiosissimè rota urbe perquirens, damnata parvas, si quisquam debili & esurienti cibo sustentaret, aliter, spoliat filios, & miser obijungentes propinquos majorem se eis hereditatem, Christi misericordiam dimittere loquebatur.

5. Etenim de sancto Paulino aliquid inspectans legitur, quod si non (ut ita dicam) est impossibile, saltem valde ad credendum arduum est, atque difficile. Postquam enim sanctus hic Pastor, omnia quæ habebat dispulset pauperibus, nihilque ei jam amplius superesset, mater quædam pauperula eum convenit, cujus filius tanquam mancipium quoddam in Africam abductus fuerat, rogans eum, ut ad suum & servitute redimendum filium aliquo charitativo subsidio ei succurreret. Quam multis illius petitionem non sine intima compassione audivit quidem, at verò simul valde affligitur in animo, nihil sibi præsto esse, unde mulieris hujus petitioni posset satisfacere. Intem aliquamdiu intra semetipsum suspensus hæret, cogitans qua ratione ipsam cum aliquo posset consolatione dimittere; cumque nil præter semetipsum aliud possideret, dixit ei: O chara mulier noli dubitare, Deus etenim nunquam deserit sperantes in se; ex quo præter mentis ipsum penitus nihil in hac terra possideo, ne ipsum in elemosynam accipito; ecce vix præsto tibi præsto est ad obsequium tuum, me ipsum tibi servo tibi cedo, ut de me ita disponas, ut filium tuum mei pretio redimere valeas: *Mulier Gregorius quod possem dare non habeo, sed mentis ipsum ad te tollo, servum me juris tui esse profiteri, a quo ut ut filium tuum recipias, me vice illius in servum tibi erade. Sunt ipsissima sancti Gregorii Papæ verba. Vidua ab affectu charum filium sui pignus, filium scilicet suum redimendi, totaliter obsecrata, oblatam à sancto charitatem acceptavit, & cum eodem in Africam navigans, Dominum, cujus servituti filius suus addictus fuerat, invenit, eumque emere rogavit, ut filium*

*in vita
eius.*

...Paulinum ejus loco in servitum accipere vellet: *Ecce hunc hominem pro eo vicarium pabris; quammodo pietatem in me exhibeo, nisi que autem filium reddo.* Porro Dominus in matris precos condescendens, filium suum et restituit, ejusque compedes fetreos carteraque vincula sancti Paulini pedibus & corpori injecit: *Suscipit itaque servum, & roganti reddens reddidit filium.* In quo heroico & generoso sancti hujus Episcopi facto consideranda est pietas regens, siue qualitas personae; Quod si eam ad hanc charitatem praestandam homo aliquis vis & in humili conditione constitutus esse obtulisset, haud dabiis talis peregrinorum facinus, omnique laude dignissimum commisisset; at vero quod ad hoc se non tantum peremptorie obtulit, sed & promptissime excurrens Episcopus vir scilicet tantae consideratiois, quod Pastor & Praelatus ad implendum misericordiae opus semetipsum in elemosynam dedit, seque ad redimendum captivum viduae suam in servitum redegit, vere hac fuit communitio summe admiranda: erat enim hoc non ut si quis commutaret aurum pro luto, vel gemmam pro plumbo. O inauditam Sancti Paulini pietatem! Forse id facere voluit, ut illustraret Dei filium veraciter imitaretur, qui in redemptionem servi sui tradidit semetipsum.

D. Gregorius: illum videlicet imitatus (concludit sanctus Gregorius) qui formam servi assumpsit, cuius sequens vestitus est, ad tempus voluntarie servus factus est, ut esset postmodum liber cum multis.

Per eandem occasionem gratiosa mihi historia in mentem venit. Legitur etenim quod sanctus Amandus, sanctum Gisleenum monachum sancti Basilii visitavit, qui licet hospitem suum in qua posuit charitate recepit, valde tamen in animo suo cruciabat, quod nec panem, nec aliquid quidem haberet, quod pro defessurum vicarium suorum restauracione ei apponere posset. Interim vero pro visitacionis gratia accepta gratias quidem egit, simul tamen corde plorans, quod majorem ei charitatem exhibere non posset. Eam vero Amandus magna persusus fuerat consolacione, quod Gisleenum magnum illum Dei servum vidisset, acceptaque ab eo benedictione & abeundi facultate ambo simul in Hispaniam abiverunt, ubi navis Amandi rediret meditantem praetolabatur, cumque ad mare venissent, piscis quidam ex improvviso extra aquas profluit, seque in conspectu

utriusque servi D. E. I. firmavit, & inter utriusque pedes palpans atque subliens semetipsum in famescentis utriusque servi Dei subsidium ulcio citroque offerte videbatur, quasi mutuo sermone palpando dixisset; ecce hic praesto sum ad vestrum outum atque impemum; ex quo nihil ad manducandum habetis, ecce me, de me pro vestro arbitrio disponite, ad vestrum namque obsequium Dei creatoris mei iussu emarxi exiliendo egressus sum. Quod si igitur non homines duntaxat veri Dei cognitione praediti, ejus instinctu ad elemosynas distribuendas promoventur; verum etiam creaturae rationales operibus se pietatis impendant, quae ratione igitur pertinaces & ad misericordiae opera praestanda in viti manere potestis? aut sanctam hanc virtutem vobis persuadere non finitis? quid? num forte vos excusabitis dicendo quod is qui eam postulat, illam non mereatur? fallimini profecto, siquidem consideranda necessitas est, non vero persona necessitatem patiens, cogitate non cui, sed propter quem detis. *Nihil aliud consideret nisi pauperatem,* inquit Sanctus Hieronymus, non quaeris cui, sed quare des.

D. Hieron. in epist.

6. Et licet tandem adhuc aliqua in te superesset repugnantia aut difficultas, quo minus huic operi pietatis incumberes, nihilominus ad minus saltem te moveat utilitas & interesse tuum proprium, cum certum sit, quod inopia & egestas pauperum maximus sit thesaurus divitiarum, quo divites nullum majorem possident: *Inopia pauperis, census est divitiu,* nullum est ad acquirendum divitias medium securius, quam sequenter elemosynas largiri pauperibus. Quo plures palmites viti amputantur, tanto plures in praecisi palmitis locum progerminant. *Tanto uberius;* Neque enim exilumare debetis, quod id quod pauperibus rogatur, amissum sit, aut perditum, imò vero locupletius & cum usura possidetur. Legitur quod nonnullae nationes Asiaticae, dum audissent Alexandrum Magnum in procinctu esse, ut cum toto suo exercitu illos visitaret & transiret, obviam ei processerint, medietatem omnium bonorum, quae possidebant, eidem offerendo, rogantes, ut eos in pace vivere permitteret, & bello nequam illis molestus esset; quibus Alexander cum solita magnanimitate respondit: *Non ego hoc proposito in Asiam descendi, videlicet ut ea qua mihi daretis possiderem, sed ut ea qua ipse vobis daretis haberetis.* Pari quoque ratione non pe-

Pbi. Diaz in Quadr. p. 3. ser. 6. D m. 4. fol. 406. num. 24.

Handwritten notes in the right margin, including the word 'medicab' and some numbers.

tuntur à vobis eleemosynæ, ut eos vos privetis quod in pauperes erogatis, sed ut illud quod pauperibus elargimini vere vestrum sit lucrum, cum id ipsum quod datis, in vestram utilitatem fructificando, multiplicetur, siquidem :

Io. Onuvv
fol. 152.
num. 85.

Nullum majus erit lucrum, quam pascere egenos.
Fecere nam grandi centupla dona seros.

Gen. 2.

Imò id ipsum quod possideris, nunquam est vestrum, nisi postquam illud consignaveritis in manus egenorum. Notum ex scriptura facta, quod postquam Deus mulierem ex costa Adami formasset: *Tulit unam de costis ejus, & edificavit in mulierem.* Adam è somno expergetus, cum ad eò formosam ex se factam mulierem videret, sic loqui cœpit: *Hec nunc os ossibus meis, & caro de carne mea.* Nolo hic causam inquirete, eut Evam conjugem suam os appelleret, cum potius dicere debuisset: *Hec nunc mulier ex ossibus meis*, quia cum verè mulier fuerit, quomodo eam os aliquid appellare potuit? Responsum etenim hujusce difficultatis in altam usque occasionem mihi refero, & hoc loco solum scire desidero, cur dicat: *Nunc ex ossibus meis.*

Didac.
Celadus
Iud. c. 10.
v. 4. §. 7.
num. 51.

Nunc? imò contrarium potius verum est, & Adame; *Nam antea erat ex ossibus tuis*, nunc verò postquam Deus hoc os Evæ, nec tu in illud eandem, quam antea habebas, retines jurisdictionem, cur igitur id quod alienum est tibi usurpasenim verò Adamus dicere volebat? Tunc quando os illud meum erat, quia mihi soli serviebat, meum esse non videbatur: nunc autem ex quo illud alteri dedi, ut scilicet sit pars integrans & subsistens corporis Evæ, meritò illud os meum appellare possis. *Nunc, nunc hoc est os ossibus meis.* Quando costa membrum erat Adami ipsi agnatum & consanguineum; non tam dicitur res Adami, quam cum illi extrahitur, extirpatur, & alienatur. Quamdiu etenim panem aliquem vobis retinetis, tamdiu panis ille propriè vester non est, quia usum tantum illius habetis, non dominium: at verò si panem illum à vobis alienaveritis, tunc vere dicere potestis. *Panis ille, panis meus est:* Bonam igitur, & Auditores, alienæ paupertatis rationem habere, quia in ea consistunt divitiæ vestræ; sicut enim Adam pro uno esse mulierem quandam accepit, facile imaginari vobis potestis, quantum facturi sitis, ex erogata in pauperes eleemosyna lucrum. Commendet igitur Plinius quamdiu vollet terram quandam in Africa situatam, quæ agricola suo centum quinquaginta modios reddit

pro uno: In Byzacio Africa campo ex uno modio centum & quinquaginta modios redduntur. Et aggeret alius quamdiu l'hebit, fertilitatem agrorum qui sunt in Sicilia, Flandria, & Egipto, nulli enim solum reperitur fertilius & abundantius, quam sit ager & terra pauperatis. Hi latrati quoque vultu ij redeant navigantes, qui eorum mundi in insulas in venerunt, nobisq; stupenda bona nova referant, quod scilicet in Provincia quæ Cœtoti dicitur certæ quædam inventiatur ora maritima, in quibus eodem modo demetur aurum, sicut inter nos secantur grana & blada, nam messis illius Provincie nunquam adæquat divitiis messis illius, quam eleemosynari ex agro paupertatis eleemosynis bene feminato percipiunt.

7. Lucæ 12. Dominus noster consulebat, ut omnia quæ possidemus, vendamus, & pecuniam inde comparatam eleemosynæ loco distribuamus in pauperes, prouti multos sanctos Dei fecerit vos fecisse novimus: *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam, & postea subiungit: Facite vobis sacculos qui non veterascunt;* quasi dicit, postquam omnes facultates vestras distribuistis inter pauperes, necessarium erit, ut de sacculis vobis prospiciatis, in quos quod vobis ex eleemosyna comparabitis, aurum recondere possitis. Verum enim verò sistamus hic non nihil nam videntur hæc verba aliquam in se involvere contradictionem. Quod si enim omnia fiat in pauperes erogata, supervacaneis sacculi erunt, quia nihil supererit, unde impleri possit. Veruntamen, & Auditores, sermo iste Domini mysteris & sapientia plenus existit. Vult etenim Deus, ut eò sui amorem omnia dispensentur inter pauperes, & quod eodem tempore nova quoque fiat de sacculis procurandis provisio, eo quod pauperibus erogata non censentur esse amissa vel perditâ, sed potius multiplicata reacquiritur, quia Deus per vias incognitas, & eo tempore, quo minus id expectabas, id quod desiderabas inter pauperes, cum scœnotè maximo restitueret, pendendo centum pro uno. Unde S. Origenes ita cecinit:

*Ferre tamè poteris contempta hic manna mundi,
Mira securus, qua duplicentur opes.
Nô servata nimis, qua mox bona, non tua, iustant,
Si tibi non servet sic erit, ut sua sint.*

Sanctus Germanus Archiepiscopus Germanie, ad datus dispensatori suo tribus scutis eosdem in eleemosynam erogari præcepit, qui duoscentum

scuta distribuit, tertio in aliam occasionem sibi
 crederet: Quid sit eodem serē tempore missa
 fuit facta huc Archiepiscopo apocha quædam
 de acceptis ducentis scutis. Reducentem igi-
 tur Oeconomum suum ad se accessit incre-
 pavit, & lamentando eidem dixit: Nequaquam
 demops domi mee ser uies, si quidem magnum
 hodie eidem in illi præiudicium, quando cau-
 ditur cur eidem centum scuta deperierint, nam
 pro duobus scutis quæ solum ex tribus à me tibi
 datus distribuit hac apocha ad me missa sunt du-
 centa scuta, qui utique trecenta scuta acceperunt
 fuissent, si tertium quoque scutum, ut tibi præ-
 ceptum in pauperes erogasses: Verè pauper terra
 quædam est valde fructifera, & ager omnium bo-
 norum copiosissimus, in quem si unum scutum
 seminat, centum percipit. Marcianus Pres-
 byter Ecclesie Constantinopolitanæ pauperem
 quendam nudum videns, proprium sibi pallium
 eandem eidem ob amorem Dei donavit, pro
 quo si Deus illam chlamydem restituit totaliter
 aurum, quæ indui solebat, quando ad sacrum al-
 ter accersitur erat: *Aurea veste divites indu-
 unt, cum pauper nudo vestem suam dedisset.*
 Pontificus Episcopus Ferentinus, sanctissimæ vi-
 ulteratus ob innumeras, quas in subsidium
 erogaverat, elemosynas, suam exhar-
 tum, cumque mater ejus ad granari-
 um, pro provisionem, quæ reliqua erat, visita-
 rum, illius anni victum futura esset sufficiens,
 amiserat, ascendisset, illudque quasi evacua-
 tum vidisset, magno opere inde afflicta, non modi-
 cum cogitavit illius imperium in faciem i-
 plus ei ingressus ipse autem probe sciens qualiter
 ea quæ pauperibus erogantur à Deo recompen-
 sat, & remunerari soleant, dixit matri suæ, ut ite-
 rum vice in granarium ascendens illud visitaret,
 hanc enim ut aliam ejus faciem visita esset,
 prout & factum est, nam ad granarium reversa,
 illud omnis generis fumentis aliisque bonis re-
 fertissimum esse deprehendit: *Qui paulatim e-
 pressam ab hortu matrem reduxit, quod ita crisi-
 os planum inventum est, sicut plenum ante non
 fuerat.* inquit S. Gregorius Papa. De Adriano
 summo Pontifice legitur, quod cum ipsi veluri
 stratum elemosynato, non nisi quadraginta
 scuta in stratio ad sublevandam pauperum neces-
 sitatem manifeste restitua: Hanc Deus illi gratiâ
 evidentem & manifestam præstitit, quod hec
 in subsidium pauperum quotidie aliquid illis
 quædam scuta subtraheretur, idem tamen
 numerus saluus & integer semper absque dimi-

nutione permanserit, unde manifestè videre pos-
 terat, quod licet pauperibus ex sua substantia
 subveniret, illa tamen inde ne minimum quidem
 diminuta fuerit. Unde idem Pontifex dispensa-
 tori suo dixit: *Vides quàm benignus & largus sit
 Dominus, præsertim in qui liberales & munifici
 in pauperes sunt.* Similiter de duobus pauperibus
 conjugibus legitur, quod cum paucos quos ha-
 bebant denarios vel nummos aliqua via licita au-
 gere contenderent, conjux marito, ut eos in ele-
 mosynâ erogaret, persuaserit, id quod acceden-
 te mariti consensu ita factum est; cumque mari-
 tum dari consensus pœnitisset, utpote cui pec-
 uniam aquis supereminatam fuisse videbatur, &
 mulier eum continuo & affectuosissime quidem
 consolabatur, exhortans eum ad patientiam, eo
 quod Deus fidelis esset omnium proximo exhibi-
 torum beneficiorum remunerator, prout rei-
 pla postea compererunt: nam eum domo egre-
 deretur, in eadem via in qua elemosynam dede-
 rat, in terram prospiciens monetam quandam in-
 venit quæ unum Julium in valore adæquabat:
 quocum postea sibi piteem coemit, in cuius vil-
 ceribus gemmam quandam deprehendit, quam
 pro trecentis scutis postea vendidit, & pro tanto
 recepto elemosynæ suæ favore domum rever-
 sus, maximas Deo gratias retulit, utpote *Qui bo-
 nus & liberalis tanto cum favore de ipsius red-
 didit.*

8. Certus quidam vir dives, postquam cen-
 tum scuta in elemosynam erogasset, de reliqua
 pecuniarum suarum summa interrogatus, respon-
 dit, se nihil in hoc mundo præter centum scuta
 possidere; cui cum ab alio replicaretur, divitias
 suas multas esse & ingentes, ac proinde in majorē
 usque quantitatem excrecere debere, prudenter
 respondit: Ea quæ habeo, mea non sunt, sed
 Principis mei, qui de domo mea, & omnibus
 quæ in ea sunt, pro suo potest arbitrio & bene-
 placito disponere: solum quæ in elemosynâ ex-
 pendit centum scuta, mea sunt, quæ in manus
 pauperum velut depositanorum meorum custo-
 dienda consignavi: *Illam non mea sunt, sed vel
 Regis vel Domini mei, qui cum voluerit sibi sur-
 pare, & accipere potest, ac centum aureos pauper-
 ribus oblatos accipere non potest, sed semper mihi
 per manus pauperum in loco suo servantur.* Sic
 quoque Romæ in quodam sepulchro hæc in la-
 pide sub quo vir dives sepultus jacebat, inventa
 fuit incisa inscriptio. *Expendi, donavi, servavi,
 habui, habeo, perdis, quæ mortuus tacite dice-
 re vellet; Id quod jam expendi, habui quidem,
 sed*

*Didacus
 Vega c. 2.
 in Dom. 1.
 post Pentec.
 fol. 49.*

*Phil. Dix.
 in sum.
 prædic. 1. x
 verbo Ele-
 mos. fol.
 207. c. 1.*

sed nunc non habes : quod expendi habui : illud
 verò quod tanta cum diligentia conseruare stu-
 diui : iam perdidisti : Denique illud solummodo
 quod pauperibus elargitus sum, ve e habeo. *Quod
 donari habeo.* O quam pulchra & vepitati con-
 sentanea est hæc in sepulchro viri diuitis inuenta
 inscriptio ! Quod si igitur ea quæ possides conser-
 uare & augere desideras, eadem liberaliter cum
 pauperibus partiaris & divides. Hoc medio ulus
 est Myron, si Prochoro Christi discipulo fidem
 adhibemus, qui ait: *Myron autem secundum A-
 postoli præceptum, pauperibus & egenis sua di-
 stribuebat, & multiplicabat ei Deus omnia quæ
 in domo sua erant.*

*Thom. de
 Trusl. t. 1.
 fol. 6. post
 Cin. con. 4
 f. 175. col.
 2. lii. H.
 Prochorus
 e. 1. Bibl.
 PP. in hist.
 S. Ioan.
 Apost. cap.
 21. in fin.*

*Mar. 8.
 Ioan. 6.*

9. Porro an turba illa quæ Salvatorem N. tri-
 bus diebus sine ullius cibi sumptione secuta fue-
 rat, fame vexata fuerit, an verò nõ, vobis confide-
 randum relinquo. Hoc saltem scio, quod Salvator
 pietate erga illam motus, dixerit : *Iam tri duo su-
 stinent me, nec habent quod manducent, si d. misse-
 ro eos jejunos desitente in via.* Etenim filius Dei
 turbæ huic in tam gravi necessitate libenter qui-
 dem succurrisset, sed unde id faceret, nõ habebat;
 unde de possibilitate ferendi subsidii discipuli de-
 sperantes dicebant : *Vnde istos qui poterit hic sa-
 turare panibus in solitudine ?* Christo autem in-
 terroganti, an aliquis in tota turba esset, cui non
 nihil panis suppetere, Philippus respondit : *Du-
 centorum denariorum panes non sufficiunt, ut u-
 nusquisque modicum quid accipiat.* At verò S.
 Andreas puerum quendam quinq; panes hordea-
 ceos, & duos pisces manu sua ferentem vidit, eum-
 que ad magistrum suum perduxit, dicens : *magi-
 ster : Est puer unus hic quem vides præsentem,
 paucos hic quidem panes & pisces habet, sed pro-
 visio hæc modica est, si ad tot famelicorum millia
 comparatur, minus erit, quàm si mulca ori usi ali-
 cuius se ingeret : sed quid hæc sunt inter tanto ?*
 Verum enim verò scire percuperem, undenâ panis
 ille venerit ? Num forte natus est de terra ? aut de
 celo descendit ? ex neutro horum locorum adve-
 nit, sed panis ille alicujus de turba erat. At verò
 eum omnes ferè præ nimia fame contabescere &
 languere cœperit, cur is ad quæ panis ille pertine-
 bat, eundem non comedit ? omnium ori suo panem
 illi adimere voluit, ut filius Dei pauperibus sub-
 veniendi occasio haberet. Verum audite quod
 sequitur. Huc igitur panes & pisces in manum
 accepit, omnibusq; distribuit, nec est qui se per-
 fectè satiatus esse non fateatur, & tamen duo-
 decim adhuc copiam reliquarum mansere super-
 bites : *Imple verum. Adudecim copiam fragmen-*

torum. Sed qua ratione fieri potuit, ut ex tam
 annona tot pascerentur imò perfectè satie-
 rentur hominum millia, & tamen hæc omnia
 abunde satiatis duodecim adhuc copiam reliquæ
 remanserint ? nolite mirari, nam panis hic Christo
 præsentatus fuit *ex motivo charitatis*, quem pro-
 inde ipse velut elemosinam quandam turbæ sa-
 mescenti distribuit, quid igitur mirum si panis il-
 le adeo multiplicetur, inde non tantum saturata
 turba, verum duo decim insuper copiam super-
 fiat ? S. Joannes Chrysof. hoc punctum sine
 consideratione prætere non potuit, dum ait : *Præ
 omnibus dicitur vult non aderant nisi quinq; panes,
 & quam vis ipsi paucos panes haberent, illis tamen
 libenter alii magis abunde condidit. Sed
 quo esse illud id fecerunt ? luctati sunt in numero,
 qualitate & quantitate : Colligitur quæ, pascere
 runt fragmenta ne pereant : Et impleverunt adu-
 decim copiam fragmentorum. Dederunt quinq;
 & receperunt duodecim, dederunt panes, & rece-
 perunt cordes. Per quod miraculum inquit Ge-
 liel. Partibus istis datur intelligi, quod quidam nobis
 eam substantiam suam pauperibus, cum ipsi non accipit
 in præsentem, & vitam æternam possidetur in fu-
 turo.*

10. Magnum videret charitati B. Archiep. Ve-
 lentini Thomæ de Villa nova, qui per antonomas-
 tiam patet pauperum est appellatus, in fere præ-
 iudicium, si eandem sub silentio præteriret. Hu-
 namq; postquam post multas luctas suppetere
 Prælatam tandem acceptisset, in primi anni
 ingressu octodecim millia scutorum in reddendis
 annis numeravit, paulò post verò idem reditus
 crescere cœperunt, usque ad 22000. Denique
 sine vitæ lux eisdem reditus ad ulque triginta
 scutorum millia ascendisse compertum est. Ve-
 rum ò Deum immortalem ! qua ratione hic ce-
 sus ad ò exercecere potuit ? qua id industria vel
 diligentia adhibita factum est ? quas egit met-
 turas, aut quasnam negotiationes exercuit ? ces-
 stimo ipsum bonum mercandi modum à Zacharia
 didicisse, qui domum suam præsentia filii Dei
 honoratam fuisse videns, dixit : *Domine d. me
 bonorum meorum d. pauperibus, & si quid ali-
 quem defraudaverit, reddo quadruplum quasi dice-
 ret, Domine tua me benignitate ad eò ubi de-
 vinxilli, ut deinceps ex amore tui decetum
 dimidium bonorum meorum pauperibus ele-
 molyne loco elargiri, ex reliquo verò in qua-
 druplum inique & fraudulenter à me parati
 stituere staterim. Potò hæc spontanea obli-
 tio forte ad eò facilis non est, sicut sibi non po-*

imaginationem possit; atque ideò a rene quæ-
 sumus eodem ponderemus; sic enim myste-
 rium huiusce rei contentum; nec non & pru-
 dentiam à Zachæo demonstratam manifestius
 videtur habere. Pius igitur dicit, se medieta-
 rem facultatem suarum pauperibus daturum ef-
 se, id quod est opus ad consilium spectans,
 eo modo quo id Sanctus Thomas intelligit,
 quando ait: *Alivante elemosinas dare est in-
 cepit opus est, postea verò id quod iustitiæ & præ-
 cepti opus est, scilicet alia ablata iisdem restituere,*
 vult adimplere. Verum dicat aliquis: non
 quia prius ad ea obligamur quæ sunt præcepti,
 quam ad ea quæ sunt tantum consilii? Haud
 dubitè. Cur igitur prius dicit, *de pauperibus*
 postea verò ait: *Reddo quadruplum.* Pro huius
 difficultatis intelligentia necessario faciendâ est
 ea quædam ponderatio, duo præsupponendo:
 Primum est, quod omnia quæ possidebat, ex
 parte acquiritus, & per viam usurarum sibi com-
 paravit. Secundam est, quia supponi debet
 omnia & definitis divitiarum & facultatum sua-
 rum numerus, v. g. centum millia scutorum
 in tota, & in pecunia, plus minus. Quibus
 impetis dico Zachæum est centies mille scotis
 restituere vultisse pauperibus medietatem, id
 est, quinquaginta millia: *Dimidium bonorum*
nonnulla casu perierunt; manet igitur ei altera
 medietas. Quid autem de ea facere disposuit?
 restituit ea in quibus proximum defraudaverat,
 quadrupliciter, sed videamus an id futu-
 rum esse possibile. Fraude & dolo, sive per u-
 sum alius defraudando congregavit centum
 millia scutorum; ex his autem quinquaginta
 millibus vult quadruplum restituere, quod as-
 sumeret ad summam quadringentorum milia-
 rum, dicit enim *Reddo quadruplum.* Qua ra-
 tionem esse possibile erit? Imò facile hoc erit;
 videlicet dicit, & tanquam optimus arithme-
 ticus rationes suas optime instituit; nec in suo
 computo erravit. Sed quomodo? nunquid
 auxiliis? faciendo opera quæ sunt de consilio,
 ut quando elemosinas pauperibus, idque prius
 & ante omnia. *Dimidium bonorum de pauperi-
 bus;* secutissime deinceps sperans quod Deus
 quinquaginta millia reliqua ita sit multiplicatu-
 rus, ut dubium suum sive iniquè partam pe-
 cuniam quadrupliciter solvere, id est, restituere
 quadringenta millia possit, *Reddo quadruplum:*
 nec male ei conceptum consilium cessit; testa-
 tur enim Sanctus Leo quod. *Qui pecunias &*
opus suum multiplicare immo dicitur opus augmentis,

hoc sanctum sanum exercent, & hac usurarum
 arto discedat. Hac eadem prudentia res suas mo-
 deratus est Archiepiscopus Valentinus; nam o-
 ctodecim millia scutorum, quibus mensa eius
 Archiepiscopalis gaudebat, larga manu dispensa-
 bat inter pauperes; unde Deus illa auxit, usque
 ad viginti duo millia; & hæc pariter inter inopes
 distribuit, atque denuò Deus illa adeò multipli-
 cavit, ut ad summam triginta millium scutorum
 annuorum excreverint; & majora adhuc incre-
 menta censibus Archiepiscopalis accessissent,
 nisi Deus sanctum hunc elemosynarium ex hac
 vita evocasset in paradysum; videbantur proinde
 Deus & Thomas inter se certatim procedere,
 Thomas quidem dando pauperibus, Deus aug-
 gendo facultates & census, Thomas gratia e-
 vacuando, Deus implendo; & quidem sanctus
 hic vir reditus suos omnes in tres partes divile-
 rat, scilicet in nihilum, parum, & multum: ni-
 hil etenim retinebat sibi, parum dabat nepotibus,
 multum verò impertiebat pauperibus &
 Ecclesie; an alii contrarium faciant nec quæ-
 rere aut investigare, nec scire volo. Hoc saltem
 scio; quod divitiæ eorum auctiores forent, &
 durabiliores essent, si in erogandis elemosynis
 essent Zachæi & Thomæ imitatores.

12. Rem valde mirabilem recenset Paulus
 Diaconus de Theodosio secundo Imperato-
 re. Hic etenim Princeps erga pauperes vilce-
 rosisimus esse solebat, adeo ut quidquid auri
 ad ejus manus deveniebat, id totum in pau-
 peres mox erogare consueverit. Cumque ab
 aliquibus aulae suæ magnatibus moneretur,
 ne manus tam largè aperiret; hoc illis respon-
 sum dedit: *Deus non deerit fisco nostro.* Audite
 qualiter verè Princeps iste veridicus Propheta
 extiterit. In quodam palatii sui peristylis
 obambulans, in lapidem quendam in pavimento
 eminentem, cui crux quædam insculpta
 fuit, offendit, quem inde eximi præcepit,
 eo quod indecens esse censeret, quod signum
 illud, quod in fronte portate, & capitis in-
 clinatione ab omnibus honorari debebat, tran-
 sientium calcaretur pedibus; dictum, factum;
 at verò subrus hunc lapidem, alium quendam
 repererunt similem, & simili signo notatum,
 quem etiam inde iussit erui, & in locum ho-
 norificentiorum transferri; dumque is erutus
 esset, ingens sese in eodem loco prædidit thesau-
 rus; videte quæ media DEUS ad Elemo-
 synarios suos liberaliter remunerandos non ad-
 habeat, ut nimirum offendendo ad lapidem, tan-
 tum

Paulus
 Diaconus
 in histor.
 Longo.
 barâ lib. 3.
 cap. 6.

de L. 177.

26

tantum inveniunt thesaurum. Quid autem Imperator post hunc thesaurum reperit fecit: aut qua ratione illum impendit totum hunc thesaurum in dotes puellarum, & ad miseris a casibus calamitatis generibus sublevandos adhiberi serid voluit, adeo ut ne retoncia in quidem ex inde in proprios usus referat, confidens semper in dicto suo, quo dicere solebat: *Deum non desero si ego nostro*; Quae ejus verba Deus non va quadam optima fortuna verificare dignatus est; Nam vix extremas praecedentis thesauri reliquias erogaverat, cum ecce vit quidam senex, venerabilem praese vultum ferens, ei apparuit, qui ei alium quendam thesaurum priori incomparabiliter praestantiorum & opulentiorum ostendit, qui subter terram ab Eunacho Narsese Justiniani Imperatoris thesaurario reconditus fuerat, fuitque auri & argenti tam immensa quantitas reperta, ut multi fuerint dies consumpti, donec eum perfecte & completè eructe potuissent.

12. Merito igitur S. Pater noster Augustinus dicebat: Divites nullas habere possessiones opulentiores, quam sint pauperes, dum illis succurrunt: *Fecundus est ager pauperum, cito reddit donantibus fructum*. Porro elemosynae sunt verae negotiationes apud Deum, quae nulla profus damna, sed potius maxima lucra secum trahunt.

Sic ut esse mercator optimus (repetit Augustinus) *Et fenerator egregius, da quod non potes retinere, ut recipias quod non poteris amittere; da modicum ut recipias centum, da temporalem possessionem, ut consequaris aeternam*. O quot sunt, qui cum magno animarum nostrarum commodo acquiruntur fructus & displicet mihi, quod ad illos pro meritis & dignitate satis explicandos, satis idonea non sint praeditus lingua; conveniret etenim veritatem silere, ut credatur, siquidem pericula nescire dicendo veritatem, fides ei adhibenda periclitetur; loquatur igitur vice mea os illud aureum Chrysostomi qui dicit: *Elemosyna est amica Dei, & semper ei propinqua est; pro quibuscumque volueris, facile munus gratia impetrat, vinculo peccatorum ipsa dissolvit, fugat tenebras, extinguit ignem, hinc cum multa fiducia porta caeli aperiuntur, & veluti Regina inerante nullus sanctorum, nullus custodum, qui assistunt, audent dicere quae tu es vel unde? & semper ante solium regale consistit*. Huc igitur adis, d' avare, qui ad elemosynam eroganda ipso es lapide durior. Ergone arida miser illius hominis membra in medio hyberno frigore te ad pietatem non movent? voces illae languidae tetra-

August. de verbo Do. ser. 25

D. August. in Epist.

Chrysost. sup. Mat. serm. 9.

que opem implorantes, & interrupta suspiria durum cor tuum transigere non possunt? vultus ille macilentus, & praegangustia & necesse est retenuari oculi absque aliqua animi sui tenentia ne possint videri? nunquid illae famelici pauperis lachrymae, ipsaemet emollire possent crudelitatem? & tamen quantum videre licet, haec omnia nullam habeat in tuo pectore operandi virtutem. Eum vero scire debes, Deum huic panem dedisse, ut illius partem dones famelicis; illae tuae vestes etiam ad medicorum auditum contegendam a te sunt adhibenda; in istud quod sub torrens refervas & custodis argentum, tu quoque pauper habet jurisdictionem; dare igitur illi, quod suum est, Justitia est, illud autem negare, magna iniquitas est. Confirmat hoc S. Basilus dum ait: *Cur tu abundas, & ille mendicat, nisi ut tu bona compensationis merita consequaris, ille vero patientia braviss decoretur? Panis famelici quem tu tenes nudis tunc quam tu in clavae refervas, discalescent calcem qui perierunt marcescit, indigentis argentum quod possides, quam excellens est mercionium, in quo tibi divitias acquiris per id, quod est alienum, & per quod, dum das pauperi, quod ad pauperem proprie spectat, magno opere lucraris; proinde S. Petrus Chrysologus dicebat: *Munus pauperi Gazophylacium Christi & quicquid pauper accipit, Christus accipit, da ergo pauperi terram, ut recipias regnum; da micam, ut accipias totum, da pauperi, ut detur tibi, quia quicquid pauperi dederis, tu habebis, quod pauperi non dederis dabit tibi*.*

13. In actibus Apostolorum legitur beatitudinem nostram in duabus praecipue actionibus consistere, id est, in dando elemosynas, & accipiendo illas. Verum quidem est, quod magis beatitudo esse dicatur, dare, quam recipere: *Beatus est dare, quam accipere*. Et ratio est, ut dicitur Albertus Paravinus: *Quia dare est actus voluntatis, recipere est actus indigentiae & desidiae*. Præterea, qui dat elemosynam liber est, sed accipiens obligatur danti. Et Cajetanus doctè addit, dedit idè esse actum majoris beatitudinis, quia multum participat divinitatis: *Verissimum est magis beatum esse dare, quam accipere, dare enim magis accedit ad divinam similitudinem, accipere autem indigentia est*.

14. Comparemus obsecro virtutis misericordiam erga pauperes actionibus misericordiosis, nec enim videbimus quod licet non transcendat ordinem possibilitatis naturalis, se tamen super opera miraculosa mirè extollat: *Quod si caim ego miserum*

conu aliquem suscipere uoluerit, id facere ne-
 queo: si & virtute mea naturali, sed opus est ut
 Deus mihi virtutem suam communicet; dum-
 que mortuum illum ea virtute resuscito, Deo
 collingor, quod talem mihi virtutem concessit:
 et uero quando propter Dei amorem Ele-
 ctus sum, aliquid pauperum impetior, etiam si
 Deus nullo obligationis vinculo obstringi pos-
 sit, quia non potest super se admittere aliquam
 obligationem, quae eum obstringere & obli-
 gere possit, nihilominus si doctrina D. Chry-
 sostomi fidem adhibemus, Deus in tali casu se-
 metipsum obligatum & debitorem esse agnos-
 cit: *Et maior est gratia, quam mortuos suscitare,
 namque mortuos resuscitando Deo debetur, in Ele-
 ctis uero Deum habere debitorem.* Imò Elec-
 tionis ipsius gratia uere est imperativa, quae
 et mortuorum resurrectionem requiritur.
 Quodam existimatis S. Petrum habuisse mori-
 tum et mortuam illam mulierem, de qua in a-
 ctibus Apostolorum fit mentio, cui nomen e-
 rat Tabitha, reuocaret ad vitam? Fortè eum
 alibi permo ueruat multorum preces: uel pie-
 tate compassio Petri? Haec quidem circum-
 stantiae ad idem miraculum concurrisse non
 dubium, principale tamen motiuium, quod ad
 hoc uisum eum existimauit, consistebat in E-
 lectiois, quas et rogaret: haec etenim licet
 non dubitatur, intellexit tamen facere, non
 permissum aut imperatum, & tamen eisdem
 data est obedientia, & nisi mulier illa Elec-
 tionis fuisset, illam nequaquam resuscita-
 risse existimo. Loquitur hic loco meo S.
 Cyrillus dum ait: *Qua laborantibus uiduis
 largitus fuerat subsidia uiuendi, meruit ad vitam
 saluam petitione reuocari.*
 1. Eius uero non dico, quod in caelis non
 admittitur puritas Virginum, abstinentia Eremitarum,
 Confessorum, tormenta Martyrum,
 Ieiunia Doctorum, serui Apostolorum, ora-
 tiones, ieiunia, & aliae uirtutes: ac uerò Elec-
 tionis inter omnes illas ex mente Chrysologi
 uelut gemma inter lutum, & sicut inter metal-
 la aurum: *Nam est quod sapit Deo pauperis eius
 in regno caeli coram omnibus Angelis, & conuen-
 tibus iurgantium. Quod Abel passus sit, quod
 Noam seruum uerum Noe, quod Abraham fidem
 recepit, quod Moyses legem tulit, quod Petrus
 Crucem respiciens ascendit, ante Deum tacet, &
 aliam fidem, quod comedit pauper.*
 16. Et tamen non obstante tanta hac Elec-
 tionis uirtute, nihilominus contemnitur

& possideretur ab omnibus, haud secus ac mors
 apud omnes in odio & horrore habetur, qui
 proinde pecunias, suamque substantiam sine ul-
 la sua utilitate, in d. cum periclitatione honoris
 & exultationis, & euidencia animatum sua-
 rum iactura ad ludos potius & meretricium
 prostibula adhibent, quam quod facultates suas
 ad consilium copiosum parandum, inter pau-
 perum manus collocent. Ergone possibile est,
 quod nulla uos moueat compassio? Estne cre-
 dibile, quod nullus in uobis sit pietatis sensus?
 Videte aliquem extremè egenum, uel pauperes
 uidete morientes fame, siti, frigore, si que uel
 minimum misericordiam actum exhibere: profes-
 cti d. si cor uobis lapideum esset, aut ipsamet ri-
 gride sauiore & crudeliores essetis, aliqua ta-
 men in uobis esse deberet clementiae umbra.
 Pulchram quandam ad praesens propositum sa-
 tis aptam uobis recensebo historiam, ab Eliano
 relaram: Theodorus conditus Tragicus in
 praesentia Tyranni Alexandri Ferreffi, in Co-
 mœdia perorabat, atque inter cetera, lugubres
 mœstitiæ & doloris affectus ad eum naturaliter
 exprimebat, ut Tyrannus à sletu sibi temperare
 minime potuerit, & quasi lacrymis stagnantes
 oculos ab aliis uideri & notari erubescens, à the-
 atro sese subduxerit, dicendo Theodoro: *Pro
 certo habes, me à loco surrexisse, non quod mul-
 tum delectatus non fuerim ex tua actione, sed quia
 ad lacrymas me cogebas; unde ad condolendum
 tuis fabulis sletit me erubuit, qui pietumque subdi-
 tis meis non compatior.* Tyrannus quo nomi-
 ne ipsissima crudelitas insinuat, ad compassio-
 nem mouetur & slet, dum fabulam sibi recenseri
 audit. Et Christianus, quo nomine homo ali-
 quis charitativus significatur, extremas real-
 que inopum necessitates oculis suis prospiciens,
 Tyrannis, ipsissimaque crudelitate crudelior e-
 rit: *Audunt pauperum lamenta, sed nec ejus la-
 chryma eos ad misericordiam mouent, nec ejus su-
 spiritus eorum corda mollescit; neque alio com-
 passionis actu mouentur, quam quod ne eor-
 um cogantur uidere miseriam, mortem eis ex-
 optent.* O impietas inaudita, qua caritatis den-
 tibus pauperes devorantur; adeo ut eos potius
 vivos sepeliri mallent, quam ut illis unico tan-
 tum panis frusto mortem abarecant. Qua de
 re historiam uobis narrabo non minus incredi-
 bilem, quam ueram. Etenim cum in urbe
 Moguntina magna oborta fuisset annonae cari-
 tas, adeo ut omnis pauperum spes conservandi
 uitam in diuina pietate reposita esset. Præci-

Handwritten notes in the right margin, including the word "medicab" and other illegible scribbles.

Pro certo habes, me à loco surrexisse, non quod multum delectatus non fuerim ex tua actione, sed quia ad lacrymas me cogebas; unde ad condolendum tuis fabulis sletit me erubuit, qui pietumque subditis meis non compatior.

Hecl. Pint. in cap. 18. Ezech. fol. 199. col. 2.

pus quidam vir, cui nomen Hatro erat, ut se a pauperum vexa redimeret, qui fame urgente in magna frequentia fores ejus sollicitabant, audite quam horrendo usus fuerit remedio: Omnes quotquot potuit pauperes in quandam villam sive possessionem suam congregari fecit, ubi illos in unum horreum sub spe liberalis annonæ recipiendæ congregatos, posito per totum horrei circuitum igne, omnes vivos concremavit & in cineres redegit, dicens pauperes extinguendos esse, eò quod veluti mures inutiles & ad fruges tantum consumendas nati esse videntur. Non tamen vindex Dei extra acriter in eum animadvertere diu distulit, nam ingens quædam murium copia è terra illa egressa eum invasit, nec abigi, aut ulla vi coerceri potuerunt, donec omnem ejus carnem ab ossibus depasti essent, & nuda ossa in Divinæ vindictæ evidens testimonium post se relinquerent. Ita refert Serarius. Hoc igitur terribili exemplo terrefacti cavete vobis à iusto Dei supplicio, quotquot estis ad elemosynas erogandas in viri, ac minime addicti. Licet enim Dei vindicta in ejusmodi immisericordes nonnunquam tardet, nunquam tamen remittet; Expandite igitur manus vestras quotiescunque pauperes vobis obvios habebitis: Pecunia secundus hominis sanguis appellatur, quia aliquam cum primo habet similitudinem; vos quotidie videtis quod sanguis eothimant, ubi opus est, & ad eam corporis partem, quæ læsa & vulnerata est, se recipiat, curat igitur pariter sanguis secundus, ubi pauperes necessitatibus oppressi inveniantur.

Serarius in
Maguntia.

PARS SECUNDA.

17. **H**Actenus Elemosynarum exercitium persuadere vobis volui, corporalem & temporalem utilitatem vobis ob oculos ponendo: at verò quia hæc lucra transitoria tantum sunt, & ad mortem usque (si tamen eosque) durat, ideo hæc ultima parte demonstrare vobis decrevi, Elemosynam medium quoddam esse ad bona spiritualia & celestia, ad animam spectantia quæ incorruptibilia & æterna sunt comparanda efficacissimum; affirmante S. Paulino, quod:

D. Paulin.
Nat. 9.
Felic.

Res magna putatur
Mercari propriam vere percussio saliscom.

Perpetuis mutare carnem, & videri terram,
Cælum emere? —

Ehem quam bona auguria regis Prophetæ paupertatem benigno oculo respicientibus reticinat, dum ait: *Beatus vir qui intelligit egenum & pauperem.* Quasi diceret: *Felix & beatus est qui ut pauperibus benefaciat eorumque expectat, donec pauperem lamentantem audiat, aut donec ipse ad expolentiam subsidium sese multum fatiget, sed qui moritur cum simplici obitu respicit, ejus quoque necessitatem intelligit;* Verum dicat aliquis, qualis erit illa beatitudo quæ perficitur? *Nunquid auditis quod sequitur? In die mala dicitur eum Dominus, quales dies sunt dies mortis & dies iudicii.* Unde Sanctus Augustinus ait: *Veniet enim dies mala: velle, nolui, venies, dies iudicii aderet, mala dies si non intellexeris proper egenum & pauperem.* Postea verò Prophetæ profertur dicens: *Dominus confortabit eum & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in manum inimicorum ejus, quasi diceret: In recompensam operum misericordiarum, quæ consilio in proximum, Deus obligabitur ad conservandum illum illatum, & ab omnibus periculis intactum, quæ alias in terra, marique nec non in morte obstricti possent. Imò per gratiam suam, quæ vita est animæ nostræ eum & peccati manibus eripiet, & ad eum æternaliter per gloriam in Paradiso vivificandum, in ipsam sanctitatis, quæ vera animæ vita est, statum restituet.* *Deum Deus conservet eum inter pericula & tentationes hujus vitæ.* (ita explicat Sanctus Athanasius) *Laboriosa, & vivificet eum suo spiritu & gratia.* Et Sanctus Augustinus subjungit: *Quo perierit vivificet eum: Ad futuram vitam, vivificatur enim qui mortuus erat.* Tandem verò Prophetæ concludit, & pro ultimo remunerationis, quod Deus ei daturus est, complemento, prædicit illud quod Deus eum quoque in terra facturus sit beatum, non in hac mortalium terra, sed in terra viventium, cumulando & beatificando illum omni illa gloria, cujus futurus est capax, quam que creaturarum rationalium status desiderare potest; neque enim Deus anquam permittet, ut Elemosynarius in infernalium inimicorum manus incidat, & quasi dicere videtur, eum ab æterna damnatione ponisque infernalibus infallibiliter salvandum, nec permissurum Deum, ut Paradisus illi animæ destinatus

... que ipsos pauperes necessario Eleemosynarum subsidio nunquam destruit, quin potius erigit, ut contra caelesti pro excellentissimo & pretiosissimo ejus ornamento deserviat: *Beatus cum curia fuerat eum in terra viventium, ubi est perfectio beatitudinis. Et non tradat eum iustum in manus, et voluntatem inimicorum Diaboli, et ministerium ejus, ait Athanasius, Et S. Ambrósio illud Davidis Regis prognosticum cum non minor eloquentia exponens, hanc post se, ad consolationem omnium Eleemosynariorum, quorum sententiam scriptam reliquit: Beatus illi in ejus domo nunquam vacuo sine pauper accipit, neque enim quisquam magis beatus quam qui necessitas super pauperis necessitatem, et infirmis acris usque erumnam. Quibus verbis haud potest indicare voluit, hominem facere non pauperis aliquod sine Deo gratius, sive sibi nullis. Enimvero cum Christus duodennis cibus, una cum Maria matre sua, & nutritio suo Josepho ad solemnitatem, quae Hierosolyma celebrabatur, ascendisset, amiserunt eum pauperes ejus, & velut verperditum passim in omnibus vicis & domibus & locis eum anxie perquirebant: *Remansit puer Jesus in Hierosolyma.* Porro facti Expositores hoc loco quarunt, ubinam puer Jesus illo triduo commoratus sit, & quoniam fuerit moderatore seu gubernatore usus? Certum est quidem, quod tanquam deus sine cibo, & sine ulla necessitate sustinere potuerit, prout in deserto per quadraginta dies, & totidem noctibus commoratus: Similiter indubitatum est, quod omnem necessarium annonae provisionem habere potest ab Angelis, ei subministrantibus omnibus quibus indigebat. Veruntamen haec fuissent omnia miracula, ad quae nequaquam recurrendum est, quum effectum aliquem ab hominibus indolentia dependere, salutare possumus; Ac prout de omnibus respondet, eum aliquam secum habuisse provisionem, quae eo tempore, quo eum Patet & mater ejus amiserant, in ejus manibus permanserat: at verò responsio ista haec mihi non placet, quia cum Christus summas foret pauperum amator, suosque debuerit non verbo tantum, sed etiam exemplo docere discipulos, ne sibi in diem sequentem solliciti, & ante prospicerent, neque aurum vel argentum secum ferrent, ipsemet huic tam sanctae ordinationi contravenisset, portando secum sibi futurum necessarias provisiones. Atque adeo S. Bernardus duodennem huic puerum*

alloquens, ita eum interrogat: *Domine quisnam te in triduo sustentavit?* Multi graves Scriptores, scilicet S. Bonaventura, Alexander de Ales, S. Bernardus & Ludolphus Carthusianus respondent, quod sibi complacuerit eo triduo per civitatem circumire, requirendo ostentiam Eleemosynas, & accipiendo sum in aliquo pauperum Xenodochio, inter miseros pauperes hospitium: *Quid fecit puer Jesus in illo triduo? Conspice eum attente, quomodo se ad aliquod hospitale pauperum reducit, et cum verecundia se ibi hospitari petit, et ibi cum pauperibus Jesus puer hospitatur, et comedit, mendicat etiam ostentiam cum pauperibus, quod et aliis quandoque fecisse creditur.* Deus ille, qui dat escam omni carni, omnibusque totius mundi prodiga manu succurrit, postea Eleemosynas per civitatem ostentiam mendicare & colligere cernitur. Porro id eum fecisse existimo, non tam ut suis necessitatibus prospiceret; sed sciens, quantum per erogatas Eleemosynas homo sibi meritum comperat, idem civitatem illam hoc merito destituere neutiquam voluit; & licet Hierosolymitani ad hoc sibi meritum comparandum multorum quoque aliorum pauperum habere potuissent, seu potius actualiter haberent occasionem, nihilominus quia ipse inter omnes pauperes, pauperum corpore & longe pauperior spiritu & voluntate erat, idem voluit ut misericordiam suam erga pauperum omnium pauperum exhiberet, majores quoque & auctiores fierent eorum in terra spirituales profectus, in terra quidem gratiae, deum in caelis gloriae; sciens omnium id ipsum, quod divitibus postea ore proprio praedicavit dicens: *Facilius est camelum per foramen acus introire, quam divitem intrare regnum caelorum, quasi dicere vellet, si volumus ut funis ex canabe factus foramen acus transire possit, necessum est, ut resolvatur, & extenuetur, & subtilissimus quoad possibile est, efficiatur: Quemadmodum hujusmodi funis, etsi per foramen acus transire non possit, si tamen per fila dividitur, ingreditur.* Erat quidem puer Jesus in hunc mundum natus, ut animas in caelum perduceret, divitibus autem utpote qui funi ex canabe facti per similes sunt, id admodum difficile erat: atque idem Dominus noster Eleemosynas ab his petendo, occasionem eis praebere voluit, ut sibi ea quae possidebant adimendo, & inter pauperes distribuendo, aptos & idoneos se facerent, qui angustam caeli portam pertransire & penetrare possent: *Et dives cum* *idem ibid.*

Bernard. Bonav. c. 14. de medic. Christi Alenfi p. 9. 31. memb. 2. art. 2. Ludolph. de vita Christi.

Matt. 19.

Eccl. Finit. in. Ezech. c. 16. f. 180. co. 1.

Handwritten notes in the right margin, including the number '26' and some illegible text.

divitiis legatus in regnum calorum interiore non possit, si athen divitiarum suarum sila distribuit, hoc in peregrinum, illud conestum in carcerem, si denique opes suas ob Christi amorem inter egenos distribuit, regnum calorum penetrabit.

18. Ipsemet Dei Filius nuptis Canæ in Galilea altitit, & deficiente vino, famosum illud miraculum protinus parat, ut necessitati illi prospiceret. Porro S Joannes, qui hanc historiam describit duo præcipue refert, magna consideratione dignissima. Dicit enim: Hoc fecit initium signorum Jesus. Ecce primum: postea verò subjungit secundum dicens: Et manifestavit gloriam suam. Quod ad primum attinet, nescio profectò qua ratione sanctus Joannes hoc primum à Christo Domino patrum signorum fuisse asserat. Nunquid enim in Nativitate ejus tot facta fuerunt stupenda prodigia Nunquid quando in Ægyptum fugit, corruerunt Idola? Nunquid habita Jerosolymis anno duodecimo ætatis cum Doctibus sollemnem illa disputatio magnum cœnsenda est fuisse miraculum? Non igitur mutatio aquæ in vinum primum signum fuit. Respondent aliqui hoc miraculum dici primum non ordine, sed dignitate; quia proximi necessitatibus prospicere, est actio quædam in semetipsa ex sui natura dignissima, nobisque præ quibusvis aliis actionibus longe utilissima. Quod verò ad aliam particulam spectat, quod scilicet manifestavit gloriam suam; Intellectus is legit manifestavit Divinitatem suam; Ita quoque legit Salmeron, Toletus, Maldonatus, & S. Thomas de Aquino.

Unde per hoc nobis indicare volunt, nullam inventi posse actionem gloriosorem, & divinorem, quam sit adferte egenorum necessitatibus efficac subsidium & remedium. Unde S. Ambrosius ait: Dicitur hoc primum fecisse miraculum ut aquam mutaret in vinum: magnum plane signum, & ad Deum credendum manifestatem sufficientem. Unde facile nobis imaginari possumus, quidam Deum permoverit, ut Angelum suum Corneho militem Centurioni & gentili submitteret, eique præciperet ut Petrum Apostolum conveniret, utpote qui eum cum tota familia sua sacro baptismo initiaturus esset. S. Joannes Chrysostomus hanc gratiam baptismi factis à Centurione Eleemolynis potissimum adscribit, cum ait: Hic enim militum curam gerebat, & faciebat Eleemolynem omni populo; & hac faciens vult Angelum monentem, quid ei facere oporteat, ut scilicet Petrum vocet in loco, qui sua opera ad viam salutis dirigat, atque proprium meritum acquirat.

19. Cum Abraham ex prælio adversus quatuor Reges gesto gloriosus & victor revertetur, Melchisedech ei obviam processit, cepit panem & vinum obtulit, ut inde ipse & milites ejus defessi & fatigati sese nonnulli reficerent. Jalon Pilestinus refert, quod cum Abrahamus Melchisedech tam provecæ ætatis virum vidisset adeo adhuc sanum, vegetum, & robustum, præ stupore attonitus hæreticis sum interrogaverit, quidnam faciendo se in tam bona prosperitate fortem & incoleantem conservaverit; ipsum verò respondisse Deum per hoc beneficium remunerare voluisse charitatem, quam exhibuerat in arca durante diluvio, dum ipse omnibus animantibus ne pereperient victum subministravit. Ad quæ responsit Melchisedech hanc sibi à Deo concessam esse gratiam pro premio Eleemolynarum, quas in arca durante diluvio distribuerat. Cui responsio argumentum aliquod à minori ad majus formandum subministravit: Quod si ita remunerantur, qui velle subveniunt, quidnam Deus facturus est illis, qui pauperibus per Eleemolynas succurrunt. Sed adeo beneficus est in eos, qui cum brutis animalibus misericordiam faciunt, quanti magis remunerabit eos, qui in homines sunt liberales.

20. Verum enim vero, quid de Melchisedech loquitur? Venerabilis Beda de pietate eorum pauperes ab Osvvaldo Angliæ Regis exhibita loquens refert, quod dum Rex ille una cum archiepiscopo mensa accumberet, Eleemolynarius eum conveniens dixerit ei: Multos infirmos in peristyllo palatii consistere pauperes, Eleemolynam summo cum desiderio expectantes, tunc dexteram suam extendens, eadem iussit ut omnia quæ in mensa erant delectatissima fercula ad eos delata inter singulos distribuerentur: Ex qua iussione factus hic Prælati magnopere edificatus, dixit: Nunquam iterum iterasset hæc manus; Id quod respice quoque factum est, nam postquam Rex ille in multo jam annos mortuus toto corpore compunctus esset, manus ejus tamen illa facta mansit & incorruptibilis. Quid igitur miraris, o Abraham, videodo quod Melchisedech in decrepito senio flore uteretur juvenilis ætatis, hi enim sunt effectus apud illos communiter notati, qui liberali manu necessitatibus subveniunt proximis.

Interlin.
Salmeron.
lib. 4.
tra. 7.
Tolet.
ann. 14.
Maldon.
ibid. D.
Tho. 3. p. 5.
q. 13. ar. 3.
D. Amb.
ser. 13.

Chryso.
ap. 0.
Gagneum
ibid. 393.

11. Mater illa Samanitis filium suum mortuum allo lectulo superimpofuit quem sternere volebat Elifae in domum suam divertenti: *Collocavit enim super lectulum hominis Dei.* Cur obsecro super hunc viri sancti lectulum mortuum prope cada veri collocavit? cur non posuit eum in proprium suum lectum, vel in eum in quo puer dormire habitans conlueverat? Exultimo id eam scilicet, ut hac ratione se de resurrectione filii sui iustitiositer secutura fecitorem redderet, adeoque eam exitum esse lectum hunc necessitate quere non duntaxat Elifae delinatum habere virtutem suscitandi mortuos, prouti revera habuisset, necesse competens est: *Cur non in lecto prope eum reposuit? Credo quia ille lectulus Elifae in Elifae domo datus fuerat, & propterea in lectulo quodammodo vim resuscitandi mortuos quodammodo obtinebat.*

12. Amedeus Dux Sabaudie à Principe quondam rogatus, ut caes suos, quorum in venatione occidit, sibi ostenderet; eadem hora qua rogatus Eleemosynam erogari solebat, eundem in periculum sive atriium ducalis palatii se producit, eique multos ibidem pauperes conlocavit, dicendo: *Hi sunt canes mei quos*

alo quotidie, quibus caelestem gloriam me spero venaturum. Multa hic dicenda mihi essent adversum illos, qui panem bestiarum in magna copia obijciunt manducandum, & Christianis egenis vel frustum panis date renuunt. *Fitamen non semper ab omni Dei vindicta immunes erunt.* Cur obsecro Deus Civitatem Pentapolim igne conflagravit? eo quod juvenculam quandam Eleemosynariam trucidavit: *Dicitur Lyranus Hebraei quodam puellam occiderunt morte ibidem insulsa, quia dederat alimentum pauperi, scribit Lyranus.*

23. Omnia Epulonis tormenta in unica lingua collecta simul erant, ac proinde illius duntaxat petivit refrigerium: *Ut refrigeret linguam meam;* & merito, inquit Chrysologus: *Magis Chrysol. lingua uritur & ardet, quae insulsa vit pauperi, quae misericordiam denegavit.* Estote igitur liberales Eleemosynarii pauperibus vestra libenter subministrantes, prouti fecit locus sancti Petri; ego autem praesentem discursum hac peregrina promissione terminabo.

Quas Christi causa miseris donabis egenis, In calo aeternas conciliabis opes.

Haec in cap. 7. Ezech.

Luca 16. Chrysol. serm. 112.

S E R M O XXI.
 IN FERIAM SEXTAM
 DOMINICAE TERTIAE
 QUADRAGESIMAE.

Veni Jesus in Civitatem Samariae, quae dicitur Sichar, juxta pradium quod dedit Jacob Joseph filio suo. Joan. cap. 4.

Civitas Sichar in tribu Manasse sita fuit juxta montem Garisi, antea vocabatur Neapolis ut refert S. Hieronymus, postea autem Sebaste vel Sapphropolis appellata fuit, ut asserunt alii, e qua in secunda mundi aetate Melchisedech rex oriundus fuit. Hanc autem civitatem Aquilioni exposita, tredecim leucis à sumosa urbe Jerolymitanas distans: Haeque cum ob situs commoditatem, et salubritatem aeris, gentium multitudinem,

sanguinis nobilitatem, & ingentem divitiarum copiam, metropolis totius Samariae: Praecipua inter omnes Samariae urbes, ut scribunt Josephus Hebraeus, & Thomas Beauxamis. In hac civitatem Verbo Incarnato mulierem quandam veluti nuntiam vel Apostolam ablegare complacuit, ut eidem veracius Messiae adventum, nec non & opera miraculosa in beneficium universale omnium hominum redundantia significaret: *Mulier reliquit hydriam suam, & abiit in civitatem.*

Handwritten notes in the right margin, including the number 26 and some illegible text.